

Barba facit Virum. Hinc Papyrius Marius hāc o-
pinione fretus, tantam injuriam esse interpretatus est,
dum barbam ejus attrectaret miles qvidem Gallus,
ut illi, velut fidentis animi homini, Scipione eburneo
caput percusserit. Taceo, quod temeraria & audaci bar-
bæ attrectatione metuendum venit periculum, ne cum
legatis illis Davidis, imberbis nonnullus abire co-
gatur; facile namq; per tactum illum illicitum barba e-
velli potest. Quæ verò hæc & qualis contumelia sit, in
agro Theologico Regem Hebræorum informato-
rem habemus. Atqui contumelias nec facere, nec pati
debet, Huc spectant verba Causaboni; Fatui hominis
est, ac Babæ alicujus vel abjectissimi certè, barbam,
suam præbere vellendam, quasi hominibus petulantibus
ludibrium debeas, aut eorum petulantem lasciviam
non possis effugere. Familiare erat Græcis ac Latini-
nis, ut, qvibus illudere volebant, barbam illis velle-
rent. Inprimis Stoicis & Cynicis, cum in publico
conspiciebantur, qvia indolentiam & vacuitatem af-
fectuum profitebantur. Auctor Dio Chrysost. in eâ
de Schemâ Philosophi. Sic olim Socrates per Athē-
nas ingrediens solitus, οὐδὲ μέθη, ut ait Laërtius.
Inde proverbium de omni contemptu, Τὸν πάγωνα Τίλ-
λειντι, vel ut Julianus loquitur: ὑπείχειν εἰς
Τὰς ἐπὶ τοῦ γενεῖού τειχας

F I N I S.

Coll. Diss. A 185, nro 28